re aliqua Principali ex praemissis non completa complenda Citatus
existens Memoratus Recognoscens Generosus Trzycki Notarius
loci praesentis sive eius Posteri, Ad Instantiam Generosi Matt
thiae Stanislai Trzycki Iudicis Terrae Sanocensis sive eius Succes
sorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
extunc vel ex tunc gravato quo ad respondendum spectat mediante
Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri
parere respondere vadium vel vadia praetacta luere Inscriptioni
praesenti Satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur
Seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Ponentibus
Illum Terminum primum peremptorium esse et alios omnes exi
inde Consequentes Causae eundem Terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro Maiori Minorennitate Successorum Expe
ditione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta
ad Evictorem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus Im
pedimentis non differendo ad quietationem extra proximos
Officy praesentis Castren Capitan Premisliensis Terminos
Dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellatio
nes ac earum Prosecutiones faciendo Omissaque omnia Poenis Sim
plicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus Fe
stalys Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac alys
quibusvis Iuris remedys et defensis non subterfugiendo
nec aliquovis modo evadendo Hac sua personali praesen
ti Recognitione ad praemissa omnia et Singula mediante

Actum in Castro Premisliensi 27/II 1670

Feria Quinta post Dominica

Inocauit Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Gnosus Grabia Gnosis Przyglonskim Coniugibus Villam Dunkowice in Summa Quinq Milium et Sexcentorum floren polonicall Obligat. et Contem Statuet

101 Coram Officio et Actis praesen Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Comparens personaliter Gnosus Joannes Grabia Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis proprys et competen receden praesenti Terrae Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Incorporando atq subyciendo Palam libere publice ac per expressum Recognouit Quia ipse suo et Gnosae Marianna Dunikowska Przyglonska Consortis suae legitimae nomine Cuius Ratihabitione Cauet et se praesentibus inscribit nomine bona sua Juribus suis et praefatae Consortis suae Subiecta Videlicet Villam Dunkowice totam et integram in Terra et Districtu praesenti Praemisliensi iacen et Consisten Cum omni praemissorum Jure dominio proprietate Tituloq Obligatorio Cumq omnibus et singulis bonorum eorundem Vtilitatibus Fructibus Prouentibus Redditibus Obuentionibus Commodis et Emolumentis, Cum Agris Fundis, Campis, Pratis

pascuis

pascuis, Mericis, Tillagijs Syluis, Borris, Gays, nemoribus Indaginibus Rupetis Vepretibus, Hortis, Pomariys, Apisterijs, Apum Mellificys, Sepibus, Sepimentis, horreis, Allodijs, Granarijs, Fluuijs, Fluminibus, Riuis, Riuulis, Torrentibus, Aquarum decursibus Stagnis piscinis Magnis et paruis, lacubus paludibus, Molendinis, Tabernis, Aedificijsque et Structuris quibusuis, nec non Subditis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, eorumque laboribus, Censibus, dationibus, Vecturis, Aliuijs, Obsequijsque et officijs quibusuis, attinentijsque et pertinentijs bonorum praefatorum generaliter Vniuersis nullis penitus exceptis, Sed omnibus in genere et Singulis Specie comprehensis generi per Speciem et e contra in nullo derogando; Nihilque ex praemissis Iuris Dominij proprietatis ac cuiusuis competentiae et Praerogatiuae pro se Recognoscente Suisque Successoribus et praelatae suae Consortis aut alioquopiam reseruando Seu excipiendo, Verum ita late longe circumferentiaque prout praedictorum bonorum Haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et Ostenditur et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possedebat ipsumque et praefatam eiusdem Generosam Consortem Concernebant ac eisdem legitime Seruiebant. Iam ex nunc et de facto Generoso Martino Przygrowski, et Zuzannae Rusz... Coniugibus ... eorumque Posteris in Summa Quinque Millium et Sexcentorum florenorum polonicalium Iam per se Recognoscentem realiter et effectiue ab ipso leuata et percepta. De qua soluta Summa ... Generosi Przyglowscy Coniuges praesentibus quietantur, Nunc et ab festo praesenti ad festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo proxime et immediate

628

diate venturo incidens et in defectu protunc bonorum praefatorum exem-
ptionis summaeque suprascriptae Quinque Millium et Sexcentorum
Florenorum polonicalium totalis et integrae realis persolutionis ex
tunc ad aliud simile festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli
post Annum proxime tunc venturum incidens, et sic conse-
quenter de Anno ad Annum, festo ad festum, Annis et festis
esse continuis et immediate sequentibus usque ad exemptionem
bonorum suprascriptorum, summaeque praefatae Quinque Millium et sex
centorum florenorum polonicalium totalis et integrae realem per-
solutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout obligat in-
scribit et invadiat praesentibus, In quae quidem Bona su-
prascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognitem
obligata idem suprascriptus Recognoscens Generosus Grabia, prae
fatis Generosis Przygonskim coniugibus, Ipsis obligatariis suis
et eorum Posteris, iam ex nunc et defacto coram praesenti Officio
dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque
Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos
vel quacunque volent Officiose acceptandum Recipitque Generosum Ioan-
nem Grabia obligatorium suum et ipsius Posteros, haec eadem
Bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus invadiata cum
universis eorum utilitatibus et usufructibus attinentiisque et per
tinentiis eorundem bonorum universis tenendi, habendi, habendi
et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus
suos iuxta bene placitum usus fructus libere et effectu-
aliter convertendi modo ac Titulo obligatorio. Debetque et tene-
bitur in eatenus Generosus Ioannes Grabia Recognoscens pro
se ac suos successores in et super Bonis suis generaliter
omnibus ac Summis Pecuniariis quibusvis habitis et

habendis

habendis praenominatis Dnis Martino Przyglowski et Zuzannae
Pruszkowska coniugibus Obligatarijs suis et illorum Succes
soribus inscribit et obligat praesentibus ipsos et eorundem Succes
sores in dictis bonis praemissisque omnibus eiusdem Obligatae et
ratione eorundem omnium ab omni et quavis Inquietatione Iuri
dica quarumcunque Personarum cuiuscunque conditionis Status et
Sexus cuius existentium ex omnibus In omni Iudicio et Offi
cio semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evin
cere, intercedere et eliberare, indemnemque cum bonis reddere
Nec non Sibi eadem bona praemissa omnia praesentem Recogno
scentem innadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptio
nibus prioribus et posterioribus super eadem bona Obligata
cuiusvis Personarum modo quocunque fact et faciend tum etiam
a quibusvis Citationibus super eadem bona praemissaque
omnia praesentem innadiata importatt et importand Iuris
denique et Pluribus Processibus quibusvis in quocunque Iudi
cio et Gradu Iuris dependentibus in quovis Iudicio et Officio
Publico obtent et obtinend ac super praemissis bonis eiusdem obliga
tis perductis et perducend emundare et eliberare mundaque
et libera semper facere ac etiam Intromissionem Fratt Coram
Officio praesenti admissam in Fundo bonorum praefatorum prae
sentibus obligatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos Officiose
requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem
libere dare et effectuatr admittere dataque et admissa eadem
Possessionem et usumfructum bonorum omnium praesentibus obliga
torum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submis
sas et subordinatas Personas non praepedire nec adimere ipsumque
Obligatorum suum et eius Successores in praemissis omnibus

630

praesentibus inuadiata nullo modo iniuriare ita ut eadem bona
praemissaque omnia praesentibus obligata cum universis comunque utilitatibus
et ususfructibus, iisdem obligatorius suis cum successoribus suis
inscriptionis praesentis obligatoriae vigore tenere habere et possidere
quaeat illi quiete et pacifice usque ad exemptionem bonorum
supranotorum summaeque praefatae totalis et integrae persolutionem
sibi fieri possit sub vadio similis summae suprascriptae quinque
millium et sexcentorum florenorum polonicalium per eundem
Recognoscentem Generosum Joannem Grabia sive eius successo-
res praefatis Generosis Przyglowskim coniugibus obligatoriis vel
ipsorum posteris ob non completionem praemissorum omnium
et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties
quoties fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus
suprascriptus Recognoscens Generosus Joannes Grabia debebit et
tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis
suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis
habitis et habendis memoratis Generosis Przyglowskim coniu-
gibus talibus et ipsorum posteris inscribit et obligat praesen-
Generosam Marianam Duninowa Szpotowna consortem su-
am legitimam cum assistentia personali sui Recognoscentis
vel in eventu mortis successores illius ad approbandum per
ipsos inscriptionem praesentem obligatoriam vel similem suo pro
interesse faciendam ad acta quaevis authentica Regni tempore
securitatis habentia intra decursum duodecim septima-
narum statuere et personaliter adducere ab eaque vel eius succes-
soribus ut praemissa debite exequantur efficere, ipsa sub
alio simili et seorsivo vadio quinque millium et sex-
centorum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Joannem

Grabia

Grabia vel eius Successores mutuis Generosis Przyglowskiemo coniugi
bus aut illorum Posteris ob non Statuitionem Ursata Consortis sua ad
exequendam praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum
succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadys modo praemisso ad
solvendum succubitt, aere aliqua Principali ex praemissis non completa
complenda, citatus existens mutuus Generosus Joannes Grabia sive il-
lius Successores, Ad Instantiam supradictorum Generosorum Przyglowskich
coniugum ambourum, aut illorum Posterorum Ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Praemisliense, extunc recessu supradicto, quo ad respondendum
spectat mediante, Semper in primo citationis Termino, tanquam perem-
ptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium vel Vadia praetacta luere,
Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebi-
tur, Seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat prae-
sentibus, Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde
consequentes causa eiusdem terminos, semper peremptorios, vera
Infirmitate, pro Maiori, Minorennitate Successorum, legatione intra vel
extra Regnum, servitio Militari ac Munimentis, ad Exercitum, vel alys
quibusuis dilationibus et legalibus Impedimentis non differendo,
ad quietationem praeterea ultra proximos Officy praedicti Castren Capitan
Praemislien Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones,
Appellationes, ac earum Prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia
Poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, Fatalys
Iuris, Praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac alys quibusuis Iuris
remedys non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo.
Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

ÿdem mutuo inter se Inter
cisam Roborant.